



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

265. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

ABHINC DE FURTO ET RAPINA.

Ex Pœnitentiali.

Halitgar. lib.
4. c. 29.

CCLXV. Qui cupiditate captus furtum fecerit, quod abstulerit reddat, & annos quinque pœniteat.

De eadem re. *Ex Lege Romana.*

CCLXVI. Pecunia ecclesiastica furata sive rapta solvatur quadruplum, popularia dupliciter. [*Vide to. ix. Spicilegy Dacherian pag. 57. c. 54. & Gratian. 17. q. 4. c. 16.*]

De eadem re. *Ex Pœnitentiali.*

CCLXVII. Qui sæpe furtum fecerit, septem annos pœniteat.

De eadem re. *Ex eodem.*

Halitgar. lib.
6. c. 4.
Burchard. lib.
11. c. 58.
Gratian. 17.
q. 4. c. 17.

CCLXVIII. Si quis furtum capitale commiserit, id est, quadrupedia tulerit, vel casas effregerit, septem annos pœniteat, & quod furatum est reddat. Si quis verò de minoribus semel aut bis furtum fecerit, reddat quod tulit, & annum unum pœniteat in pane & aqua. Et si reddere non potuerit, annos tres pœniteat.

Unde suprâ.

Si quis sepulcrum violaverit, septem annos pœniteat, tres ex his in pane & aqua.